Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25878
Copyright: Admont, Benediktinerstift



27r

ꝛtuma.r inuenit. qui ea cunctis ecclesiis prouisse cognoscit. Et Infra.
Hinc ipse sancti Ambrosius se inomnibus sequi magistra sancta romana ecclesia
profitetur. Item Anacletus seruus ihu. Non ab apostolis sed ab ipso domino romana
Sacro sancta romana apostolica ecclesia non ecclesiis primatum obtinuit.
ab apostolis sed ab ipso domino saluatore nostro primatum obtinuit. sicut beato petro apostolo
dixit. Tues petrus et cetera usque solutum et in celis. Adhibita est societas in
eadem romana urbe beatissimi pauli apostoli uasis electionis quo uno die
unoque tempore cum petro gloriosa morte coronatus est. et ambo sancta romana ec
clesia esse seruauerunt. atque alius omnibus urbibus uniuerso mundo ita sua presen
tia. quam uenando triumpho preuluerunt. et licet pro omnibus assidua apud dim
fundat omnium sanctorum oratio. his tamen urbis paulus beatissimus romanis
prepo cyrographo pollicetur dicens. Testis enim mihi est deus cui seruio in spiritu meo
in euangelio filii eius. quod sine intermissione memoriam uestri facio semper in ora
tionibus meis. Prima igitur sedes est ecclesie beneficio romana ecclesia quam ut
memoratum est beatissimi Petrus et Paulus suo martirio consecrauerunt.
Secunda autem sedes apud alexandriam beati Petri nomine a Marco eius discipulo
atque euangelista consecrata est. Tertia uero sedes apud antiochiam eiusdem beati Petri
apostoli nomine habetur honorabilis. quia illic prius quam roma uenerit habitauit.
et ignatium episcopum constituit. et illic primum nomen christianorum exortum est. Et per pauca.
Inter beatos apostolos quedam fuit discretio. et preter licet omnes essent apostoli. petro tamen
adhuc consistente et ipsi inter se idipsum voluerunt. ut reliqui omnibus preesset apostolis.
et cephas. id est capud et principium teneret apostolatus. Quod et eandem formam suis
successoribus et reliquis episcopis tenendam tradidit. Et per pauca. Hec uero apostolica
sedes caput et cardo ut patrum est adeo et non abalio constituta est. et sicut cardine
hostium regitur. sic huius sancte apostolice sedis auctoritate omnes ecclesie domino disponente
regunt. Nec hac auctoritate alexandrina ecclesia sedem apostolicam locum habere
censetur. Sed prima constantinopolitana synodo. ecclesia constantinopolitana
secundam a sede apostolica locum accepit. Hinc in eadem synodo ita constitutum est.
Constantinopolitane sedi romano pontifice constantinopolitano
ciuitatis episcopum habere oportet primatus honorem. post romanum obtinet locum
episcopum propter quod sit noua roma. Nec datur intelligi quod alexandrina ecclesia
de sede sit facta. tertia et antiocena decima sit facta quarta. nisi forte quia

.S. d. xxi. In nouo testamento. Quia S.

I. ii. q. vii. Beatus Petrus.

In antiochia nomen christianorum primum exortum.

S. d. pri. In nouo. I. e. d. lxxxx. Cap. ii.

M

Et in solum hoc in nouo testamento constitutum est. sed et in ueteri fuerunt. Vt septem diaconi. Moyses et aaron. ii. ad. ei. ii. primi inter eos fuerit.